

Universitätsbibliothek Paderborn

Ephemeris Ecclesiastica Concionatorvm Hoc Est Considerationes Methodicæ Sev Veritates Practicæ

Ex Vita Domini Jesu, Sanctorumque Gestis In Singulos anni dies mira
facilitate & solertia distributæ ... ; Cum indicibus necessariis

Pars Hyemalis - A Dominica I. Adventus Domini nostri usque ad
Dominicam Septuagesimæ

Haineuve, Julien

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Die 18. Ianvarii. De Christo Domino communicato, seu de convocatis aliis
ad ipsum Discipulis. Nemo magis sibi Christum servat, quàm qui minus
sibi soli servat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44194

Quis ergo nos separabit à Charitate Christi? Tribulatio, an angustia, & qua plura proponit. Fortè unus autem mundane flatus: unus mundi resuponebit.

musculus; Attende tibi. Et vide Dominicam
3. Quad. Verbo item Christum, Mundus non Con-
cupise.

DIE XVIII. IANVARII.

NISI SIT DOMINICA.

DE CHRISTO DOMINO COMMUNICATO SEU DE CONVOCATIS ALIIS AD IPSUM DISCIPULIS.

*Invenimus Messiam, quod est interpretatum Christus. Invenimus Iesum,
Filium Ioseph à Nazareth. Ioan. I.*

VERITAS PRACTICA.

*Nemo magis sibi Christum servat, quam qui minus
qui minus sibi soli servat.*

Vel è contrario.

Nemo minus sibi Christum servat, quam qui magis sibi soli servat.

RATIO EST. *Quia nemo magis aut minus sibi Christum servat, quam qui magis aut minus Christum diligit.*

Sed qui minus sibi soli servat, magis Christum diligit: aut è contra minus eum diligit qui magis eum sibi soli servat.

Ergo nemo magis aut minus sibi Christum servat, quam qui magis aut minus sibi soli servat. Ac proinde quanto quis magis illum sibi servare vellet, tanto magis communiciat alius, ne sibi soli servet.

I. PUNCTUM.

Ioan. 3.1.

ERAT autem Andreas frater Simonis Petri, unus ex discipulis qui audiebant à Iesu, & sciti fuerant Iesum. invenit hic fratrem suum Simonem, & dicit eis, Invenimus Messiam; & adduxit eum ad Iesum. Intrauit autem eum Iesus dixit, Tu es Simon, Filius Iona: tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus. In crastinum voluit exire in Galileam, & invenit Philippum: Et dicit eis Iesus, Iequerete me. Invenit Philippos Nathanael, & dicit ei, Tunc seruit Moses in Læge, & Prophete, invenimus Iesum filium Ioseph, & Nazareth. Veni & vide.

Multa hic expendi possent, ut, quid sit modò invenisse Christum: qualis thesaurus; qualiter conservandus, & quali studio, & aliis communicandus. Sed hoc imprimis observandum est, exhibitis viris qui primi commemorantur & cognovisse Christum, solos illos duos fuisse Apostolos, qui inveniunt & cogitum alii communicarunt, nempe

Andream & Philippum, quorum ille fratre suum Simonem Petrum, hic autem Nathanael ad Dominum Iesum adduxerunt. De loco Andrew & de ipso Nathanaele quid factum fuerit, non narratur. Hoc nempe est quod ex propria Veritate nobis est modò considerandum attentius. Nemo magis sibi Christum servat, quam qui minus sibi soli servat. Vel è contrario. Quia plerunque magis nos movent quam aperta mala important, Nemo minus sibi Christum servat, quam qui magis sibi soli servat.

Ratio quae assertur est evidens, & utramque propositionem quā Veritas enunciatur, comprehendit, quia scilicet nemo magis aut minus sibi Christum servat, quam qui magis aut minus Christum diligit. Si enim dilectione generatur Christus, sic dilectione nutritur & conservatur. Nam quod de exercitibus dicitur, hoc etiā Christo convenit, ut quibus mediis res aliquae fiunt, usdem conserventur. Atque idcirco Christus Dominus, si quis, inquit, diligit me, sermonem meum servabit, & Pater meus diligit eum, & ad eum venient, & mansioem apud eum faciemus; Ioan. 14. Quamdiu scilicet me diliger, & quatinus sermonem meum servabit, venient ad nos, inquit S. Augustinus, dum venimus ad eos: venient subvenient, illuminanda, implenda; venient obediendo, intuendo, capiendo. In quorundam etenim corda venit, ait S. Gregorius, & mansioem non facit, quia Hom. 30. per coniunctionem quidem, Des respectum parci in Evang. pikant, ad tentationis tempore, hoc ipsum quod compuncti fuerant, obliviiscuntur, sicq; ad perpetranda peccata redunt, ac si hanc minimè planissent. Qui ergo verè Deum diligit, qui eius mandata custodit, in eius corde Dominus & venit, & mansioem facit, quia sicut eum Divinitatis amor penetrat, ut ab hoc amore, tentationis tempore non recessat.

Denis.

